

Ego Wladislaus Dux Polonie. Cunctis presens  
 scriptam cernentibus Salutem. Quoniam genera-  
 tio preterit et generatio aduenit. et nichil sub sole  
 stabile potest inueniri. nisi bonorum operum stabi-  
 litate firmetur. Hinc est quod universitati vestre  
 presenti scripto notificamus. quod dilectis fratri-  
 bus nostris de Colbas quos Deo fideliter seruire  
 cognovimus villam que vocatur Warsin cum o-  
 mnibus pertinentiis suis. agris, pratis, aquis, silvis.  
 ob remedium anime nostre nostrorumq; heredum con-  
 tulimus perpetuo possidendam propterea ut pro hi-  
 is et aliis beneficiis nostris prefate Ecclesie colla-  
 tis plenam fraternitatem habeamus et cum universa-  
 riam quolibet anno cum ceteris fundatoribus Ede-  
 sie Dactam anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXXVI<sup>o</sup> Tes-  
 tes filii Ducis premissi Bolonlaus. Dirsieray.  
 Eustachius et alii quamplures Poloni.

